Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2083

Quelle:
Copyright:

nem Aret. uſurpata. Ante Canonem comparet deaurata in area Servator cruci adfixus adſtante Matre et Diſcipulo. Proſa in die *Michaelis* Archangeli ita ſonat:

Ad celebres rex celi celice laudes cuncta
Pangat canora katerua ſymphonia.
Odas atque ſoluat contio tibi noſtra.
Cum iam renouantur michaelis inclita ualde feſta-
Per quem letabunda perornatur machina mundi tota.
Nouies diſtincta pneumatum ſunt per te facta. (agmina)
Sed cum uis facis hec flammea per angelicas officinas.
Inter primeua ſunt hec nam creata tua cum ſimus nos ultima
factura ſed ymago tua.
Theoloyca kathegorizant ſymbola nobis hec ter tripartita
per priuata officia.
Plebs angelica phalanx et archangelica principans turma virtus
uranica ac poteſtas almiforma. (phona)
Dominantia numina diuinaque ſubſellia cherubim etherea
ac ſeraphim ignicoma.
Vos o michahel celi ſatrapa Gabrielque dans uera uerbi nuncia
Atque Raphael uite uernula transferte nos inter paradyſicolas. &c.

Reliqua videſis T. I. *Theſ. Anecd. Pezii.* p. 333. inter *Sequentias Notkeri Balbuli*, cui tumida haec *Pſeudodionyſii Areop.* imitatio tributur. Eam ſelegi, quod *Michael* Eccleſiae Coenobii *Lunaelacenſis* Patronus eſſet. Ita enim ad calcem Codicis:

Hærtwico de Talmaizign.
Scriptori requiem lector depoſce perbennem.
Sancto michabeli In Mænſe
Non uideat chriſtum librum qui ſubtrahat iſtum.

DCCCXLVIII.

R. 1087 Codex chartaceus lat. Sec. XVIII. Folior. 243. 4. pereleganter ſcriptus eſt *Magiſter Caeremoniarum ſacris ritibus in ſuo munere inſtructus, Sive Repertorium Caeremoniale Alphabeticum* &c. *Laur. Vigilii de Nicollis, Nob. Tridentini, SS. Theol. et I. V. D. Canonici ad Nives, et Conſiſtorialis Salisburgi.* MDCCXXX. Dicatur utilis hic labor *Carolo* VI. Imp. qui Autorem *perorantem ex Ambone Caeſareo in PP. Auguſtinianorum Baſilica bis coram audire dignatus* eſt, *Salisburgo die 1. Octob.* 1730. Praeeunt *Decreta præliminaria Sac. Congr. Rituum, Materiam Cæremonialem concernertia* ab a. 1593. ad a. 1706. Ad quorum finem: *Alia ſimilia De-*